

Mythologia, Francfort, 1581 - III, 18 : De Diana

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[31\] : De Diana](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 18 : De Diana](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 19 : De Diane](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 18 : De Diane](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - III, 18 : De Diana, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 30/11/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5933>

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 264-273

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Diane](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Cum eadem Luna sit, & Hecate, & Diana, tamen non omnes hae vires, quae per has intelliguntur, vno nomine dicuntur, etsi ab vno fonte manant. Cum enim Hecate nunc Iouis, nunc Aristaei, nunc Tartari, nunc Persae filia dicatur: Luna modò Hyperionis, modò Pallantis: quòd illa sit factorum ~~vis à Deo proficiens~~, ut diximus: hęc velocissimus sit planeta, cuius multiplex est potentia in rebus inferioribus, quae quoniam maximè remouetur à vi primi motus, maximè sua natura vitur. Hanc eandem esse Hecaten patefecit Callimachus in hymno in Dianam, qui illam Pheræam nominauit, cuiatem fuisse Hecaten constat, ut est in his:

πύττα μινυχίη, Αἰδοῦσ' ἑσέ, χαῖρε θιγαία.

Salve Munychia, & portus tutela, Pheræa.

Hanc filiam fuisse Latonæ Cœtique Titani constat, quam Nicander in Theriactis ita Titanidem nominauit:

τὴν δὲ χαλαρῆν τε κέρη Τίτανος ἀνῆκα

ἐκορπίεν ἐκ κέντρων παρθενίον, ἥ μιν ἐχέχρα,

ἡρώτ' ὅτ' ὄλυσσεν κακὸν μέρον ἀγίαν.

Grandine signatum Titanis at inde puella

Scorpion immisit, qui cuspide surgat acuta,

Beoto meditata necem ut fuit Orioni.

Alij ex Ioue & Latona natam esse dixerunt, de qua ita scripsit Cicero in tertio de natura Deorum: Dianæ item plures: Prima Iouis & Proserpinæ, quæ pinuatum Cupidinem genuisse dicitur: Secunda notior, quam Ioue tertio & Latona natam accepimus: Tertiæ pater Vpis traditur, Glaucæ mater: eam Græci sæpe Vpim paterno nomine appellant. Inter has omnes Iouis filia celeberrima fuit, quare omnia cæterarum illi vni tribuuntur à poetis. Hanc Deliam nominarunt, quia nata sit in Delo. sic enim vocauit Ouid. in Phædræ epist. ad Hippolytū:

Iam mihi prima Dea est, arcu præsigna adunco

Delta, iudicium subsequar ipsa tuum.

Hanc non solum Iouis filiam, sed etiam χελιδνα vocauit Orpheus in hymnis siue terrestrem, ut dictum est de Hecate. Hanc eandem Lunam esse demonstrauit in his Virgilius lib. nono:

Suspiciens altam Lunam sic voce precatur:

Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori

Astrorum

Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.

Sic Ouid. lib. 35. Metamorph.

*Nec par, aut eadem nocturna forma Diana
Esse potest unquam, semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor, est maior, si contrahit orbem.*

Sic Cicero in secundo de natura Deorum : Dianam autem & Lunam eandem esse putant. Hæc cum nata esset ante Apollinem, at eodem tamen partu : obstetricis munere postea apud matrem est functa nascente Apolline. Quod autem illa quæ Iouis & Latonæ filia fuit, fuerit celeberrima, pater vel ex eo hymno Homeri, qui ita se habet in Apollinem :

*Χαῖρε μάκαρ ὦ Λιταῖ, ἐπεὶ τέκες ἄγλαὰ τέκνα,
ἃ πένοντά τ' ἄνακτα, καὶ Ἄρτεμιν ἰσχυράν
πῶ μιν ὁ στυγὴν, ὃς δὲ κρατερὴν ἰσὶ ἀήλω.
Salve Latona : Si peperisti pignora clara.
Venatrix Dianatua est, & clavis Apollo.*

Edita in Ortygiæ hæc, in Delo est ortus Apollo.

Et Cornelius Tacitus in libro tertio : Primi omnium Ephesii adieci memorantes, nō ut vulgus crederet, Dianam atq; Apollinem in Delo genitos esse apud se Cenchrium amnem, lacum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ quæ tum etiam maneat adnixam, edidisse ea numina : Deorumq; monitu sacratum nemus, atq; ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopes Iouis iram vitavisse. Hanc Cereris & Dionysi & ipsam & Apollinē fuisse filios scribit Herodotus ex Ægyptiorum sententia, at Latona fertur illorum fuisse nutrix, ut patet in his : Ἄ πένοντά τ' ἄνακτα καὶ Ἄρτεμιν αἰσούσαν καὶ ἰσὺς λέγουσιν ἄνα πνίδαι, Λητώ δὲ στυγὴν αὐτοῖσι καὶ οὐτ' ἔσται γινώσκαι. Apollinē verò & Dianā Dionysi & Isidi filios esse inquiunt : at Latonam eorum nutricem & servatricem fuisse asserunt. quam opinionem secutum postea Æschylum inquit Herodotus Dianam Cereris filiam appellasse, cum Ceres dicta sit Isis ab Ægyptiis, ut testatur Pausanias in Arcadicis. Alii Cœti Titanis & Phœbes filiam putarunt. Cum mares omnes Diana auerfaretur, quia viderat quæ passa erat mater, cum obstetricata est, impetravit à patre Ioue ut perpetuam virginitatem servare posset, ut apparet ex his Callimachi carminibus :

*Διὶ μὲν παρὲν ἰλὺ αἰώνιον ἄπα φιλάνει.
Da mihi perpetuè ut sis virgo, da pater alme.*

Arcus præterea & sagittas & puellas socias sexaginta Oceaninas, & alias viginti, quæ illi arcus cothurnosq; & canes curaret, Jupiter postulanti tribuit. deditq; venationibus præesse, & viis, & portibus; quod patet ex his apud Callimachum:

καὶ μὲν ἀγῶνι

ἔστι καὶ ἀμύνησι πρὸς καπνῶν.

Nam præfecta viis & portibus ipsa feretur.

Quæ quoniâ venationibus delectaretur, Dictynna vocata fuit à retibus: nam δίκτυον rete est apud Græcos. Sic enim illâ nominari inquit à nymphis Callimachus in lauacrum Dianæ, & Ovidius lib. 2. mutationum:

Ecce sua comitat a choro Dictynna per altum

Manans ingrediens, & cade superba feratur, Aspicit hæc.

Cuius etiam cognomen fuit ισχυρα apud Græcos, quia sagittis delectaretur, quibus insectaretur feras, ut eam nominavit Hesiodus in Theog.

Ἀπὸ δ' Ἀπὸ λωπῆ, καὶ Ἀρτεμιὶ ισχυρῶν,

ἰαυρόντα γένον περὶ πάντων οὐρανῶντων,

γόνιμα δὲ, καὶ ἐχέον λίον φιλόκετι μὲν ἦσαν.

Nascitur hinc Phæbæ, gaudensque Diana sagittis,

Pignora Latona. peperit clarissima Divum

Hæc Latona Iouis magno coniuncta am amore.

Fabulantur hanc per imprudentiam venando, Cenchriam Pirenes nymphe filium interemisse; quare cum Pirene eum lugeret, tantam vim lacrymarum profudisse, ut in fontem sui nominis sit cōversa. Cur venationibus præfecta credita sit Diana, causa huiusmodi ab antiquis memoratur: Nymphe quædam Britomartis, vel (ut alii maluerunt) Bretimartys, cum venaretur, in quædam retia cecidit. unde cum se explicare non posset fera superueniente præcipue, Dianæ sacellum vovit si incolumis euaderet, quod postea exexit, & Dianæ Dictynnæ ab iis retibus nominavit. unde dicta est postea venantibus præfecta Dea, ut scripsit Dicæarchus, & Aristophanis enarrator. Alii tamen maluerunt Dianam ipsam venationibus præfectâ fuisse; quod venationibus mirum in modum delectaretur, quare eius imaginem semper arcus adhiberi solitus fuit, ut scripsit Melanthus in libro de imaginibus Deorum. alii dicunt Britomartem Iouis & Charities filiam carissimam fuisse Dianæ ob venandi studium, quæ cum Minocem insequentem fugeret, præ amore se

se in mare deiecit in retia, quæ ad capiendos pisces erant in mare demissa, & à Diana in Deorum numerum delatam. Dictynna & Alpheia nomine culta est ab Æginetis & à Cretensibus, ut ait Apollodorus Cyrenæicus in libro de Diis. Hæc eadē Dea choris, & musicis instrumentis delectari solita creditur, ut ait Horat. in hymno in Venerem:

ἡδίστην Ἀργεῖα δὲ χρυσήλατον κτελὰς αἰθῆν
 ἑλάνισται δὲ φιλότῃ τι φιλομυθεῖς Ἀφροδίτῃ,
 καὶ γὰρ τῇ αὖθις ῥῆα, καὶ οὐρίοι θῆρας ἐναίρειν,
 φίρμησιν τε χερσὶ τε, διαπεύσοις τ' ὀλοαυγὰς,
 ἄλκιρά τε σκυδόντα, δικάων τε πτόλις ἀνδρῶν.

*Diana haud potuit mentem pervincere amoris
 Alma Venus, quam circumstant visusque iocisque.*

Huic arcum placuere, feras & cadere sylvis;

Huic cithara atq; chorus, clamor concinnus: & verbes

Iustorum huic hominum, & umbrosa super omnia sylva.

Cum virginitatem perpetuam seruare, viis ac portubus præfesse, a tot nymphis locis obseruari impetrasset à Ioue, in sylvis perpetuò ferè degebat, ut marium consuetudinem deuicaret: quare & venatrix dicta est, & nemorum atq; montium custos existimata. ut ait Horat. lib. 3. Carminum:

Montium custos nemorumque Virgo,

Quæ laborantes vtero puellas

Ter vocata audis, admissaque letho

Dina triformis.

Ex Virgilio libro undecimo:

Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia Virgo.

Præfecta fuit præterea parturientibus, ut intelligeret quantum malorum cumulum deuitalset, cum virginitatem expo-
 tituit: ut licet ex his Callimachi versibus intelligere, ubi se nunquam in urbem adituram dicit, nisi cum à parturientibus vocabitur:

πτόλις δ' ἐπιμύθεμα ἀνδρῶν

μαῖνται, ἔτ' ὀξείαςιν ὀπ' ὀδύνας γυναικας

τρεφόμεναι καλίσουσι θανάτων.

Urbes accedam solum, ac sub tellure virorum,

Pressa dolore graui nisi cum me summa partus

Auxilio arcesset.

Multiplex deniq; officium fuit Dianæ, quippe cum virgines

perire iam virginitalis, ut eius Dex, cuius hactenus in tutela fuissent, itam deantarent, consueverint in canistris sacrificia ad Dex templum deportare, eius numinis veniam postulantes, quod à Grecis ἀμπαρῶν dicebatur. neque eos canistros, nisi illz ferebant, quæ ad nubilem ætatem pervenissent, de qua consuetudine meminit Theocritus in Pharmaceutria. Deinde cū ita uteris excreuisset gravidis puellis, ut suæ zonæ uti amplius nō possent, eam zonā mos fuit in templo Dianæ λυαίῳνε cognomento zonā solvētis scilicet, quod fuit apud Athenienses, deponere. quare postea dictū est zonā solvere, pro eo quod est gravidā fieri, quod patet ex his carminib. Apollonii lib. primi:

μίτην πρῶτον ἔλυσεν καὶ ὕστατον, ἵνα χαράρῃ
 καὶ λείψα ὅσα πολλὰς ἐμύνηται κόποις.

*Prima soluta mihi est postremaq; zona, quod ipsa
 Invidit multos natos Lucina misella.*

Eam verò dicandæ zonæ consuetudinem, ut Veneri coronas ob nuptias, ita significavit Agathias in his carminibus:

τῇ παφίῃ σφάντι, τῇ παμάδῃ πῶ πλακαμίδα,
 Ἄρτι μὲν ἐξέλυον ἀντὶ τοῦ καταρβή.
 ὡρὶ τοῦ γὰρ μιν σφῆρα, δὲν ἦθελα, καὶ λάχην ἦσαν
 σφῆρα, καὶ τακίων ἀρετῇ ἔτακτε γένε.

*Minerva crines posuit, Veneriq; corollas,
 Diana zonam candida Callinoc.*

*Nata procum fuit hac, quem tota mente petebat,
 Atq; mari mater facta fuit generis.*

Cū igitur obstetricis munere fungeretur, dicta est à Grecis καὶ λείψα, à Latinis Lucina, quia nascentia omnia in lucem evocaret. Cū verò venatum exiret, quo cultu corporis uteretur, expressum est in illo Epigrammate:

Ἄρτι μὲν, πῦ σοι ῥήα, παρὰ χεῖρὶν τὴ φαρύτην;
 πῦ δὲ λυγρὰ σπῖον ἐν ῥομῇ ἀρβυλίδων;
 πόρπῃ τὴ χρυσοῖο τετυγμένῃ, ἥ δὲ πρὸς ἀκρὴν
 ἰγυῖν φοῖνιξ πέπλος ἐλατοόμανος;
 κέντε μὲν εἰς ἀγρὸν ὀπλίζομαι: εἰς δὲ θυλάκον
 εἶμι αὐτῶν, ἱπῶν ἀπλομῖνι θυίον.

*Arcus vbi Diana iacet, vel plena pharetra?
 Aut vbi Cretensis endromis arbylidi?
 Fibulaq; ex auro, fucataq; murice vestis,
 Quasolita est summi populi ora tegi?*

Arma

*Armenta sunt praeda: sed cum mihi sacra parantur,
Ut cernui, lata ad poenula inermis eo.*

Hinc Dædæ currum aureum à ceruibus candidis tractum tribuerunt antiqui, ut ait in his Callimachus:

Ἀργυρὰ παρθένῃ Τιτυοκρήνῃ χρύσεια μὲν τοῖς
ἵπποις, καὶ ζῶντι, χρύσειον δ' ἱμάσι διφρεὶ
ὅς δ' ἱππάλῳ χρύσεια θὰ καμάρῳσι χαλκίᾳ.

Aurea nam domitrix Tityi sunt arma Diana

Cum illa tibi, & zona, & iuga qua cernicibus aurea

Cervarum in troponis currum cum ducis ad aureum.

Credita est Diana fuisse piscatoribus etiam præfecta, sicuti testatur in his Apollonidas:

τρίγλαν ἄπ' ἀντράκιος, καὶ πυκίδα σοὶ λιμανίῃν

Ἀργυρὰ παρθένῳ ἑρμῇ, ὁ δὲ κυτρώλος.

καὶ ζῶντι κεραιὸν ἐς οὐχλίαν, καὶ τρύφος ἄργε

αὐτὴν ἐπαρτίσας, πῶς πινυμένη θυσιῇν.

ἀπὸ πῆρας πλανῶντα διδοὺς θοράμασιν αἰὲν

δίκτυα. σοὶ δ' ἰδοῦναι πάντα μέλαιρα λίνα.

Ephra dono triglamē, argumē, Diana

Piscator Thetis hanc tibi litoream.

Pocula plena mero spumantia, siccaq; frustra

Vrsi: lata cape ē panpere sacramenta.

Pro quibus alia mihi da praeda plena videre

Retia: sunt etenim retia sacra tibi.

Memoriae prodidit Pausanias alatam fuisse Dianæ effigiem apud Eleos, quæ dextra pardum, sinistra leonem porrigeret. Ignifera præterea siue Lucifera Dea vocatur ab Euripide in Iphigenia in Tauris: qui eandē putauit esse & Lunam, ut diximus. Illam facultatem idcirco Dianæ tribuit Callimachus, ut grauissimis afficiat calamitatibus quos libuerit, ut est in his:

χαίρει εἰς τὴν χαλκίην ἐμὴν ἀργήν.

κτῆνιά σφιν λοιμὸς καταβέσκαται, ἔργα δ' ἐπάχνη.

κείρονται δ' ἐγείρονται ἐφ' ἑκάστω· αἱ δ' ἐγυναικες

ἔβλαται ἐν ἡσέεσι λεγυίδε.

O miseri, quibus ipsa grauem tu concipis iram.

Nam morbum de pascit omes, & ætatemque pruinam.

Orbanturque senes nati, & fœmina abortum

Mox pariunt.

Nam horum omnium facultas est Lunæ concessa. Scriptura

reliquit Plutarchus in vita Arati, Dianæ imaginem admirabilem quandam fuisse apud Pellenenses: quæ cæteris quidem temporibus neglecta iacebat, at ubi à sacerdote efferreretur, neminem quidem respiciebat, sed omnium refugiebat intuitum in faciem. Illius enim aspectus non hominibus solum, quos dementes faciebat, erat formidabilis ac gravis: sed etiam arbores vel faciebat infœcundas, vel fructus deiiciebat, quacunque lata fuisset. Et Strabo libro duodecimo Castabulum fanum fuisse Dianæ Persicæ scribit, ubi sacræ mulieres illæsis pedibus super prunas ambulant. Legem fuisse in Tauris scribit Herodotus in Melpomene, ut omnes Græci, qui naufragi eò appulissent, virgini Dianæ immolarentur, vel (ut alii maluerunt) præcipites è quodam sublimi loco deiicerentur. Alii id moris fuisse inquit ut caput eorum percuteretur, qui cum essent mortui, eorum capita in crucem tollebantur, quæ alii tamen humari putarunt. Fuerunt qui putarint Tauricam illam Dianam Iphigeniam fuisse Agamemnonis filiam, de qua Diana talis refertur fabula à Pausania in posterioribus Eliacis. Fama est quod Alpheus amore Dianæ captus, ubi neque gratia, neque precibus se quidquid ad nuptias proficere intelligeret, sit ad vim conuersus: at illa fugiendo insequentem Alpheum usque ad Letrinos ad nocturnos choros protraxit, ubi interesse Nympharum lusibus consueverat. Ibi Dea sibi suisque sociis osceno obleuit, quam cum dignoscere non posset Alpheus elatus abiit: tum Letrini Dianæ Alpheicæ templum dicarunt. Huic Deæ mos erat boues immolare, quare apud Persas Persicæ Dianæ in traiciendo Euphrate scribit Plutarchus in Lucullo obuias fuisse boues, quæ incustoditæ per regionem vagabantur lampadem Deæ notam habentes impressam. Quamvis Horat. vetrem illi mactari dicit in his:

Imminens villa tua pinus esto:

Quam per exaltos ego latus annos,

Verris obliquum meditantis illum

Sanguine donem.

Alii dicunt omnium quæ nascerentur è terra primitias huic Deæ offerri solitas, ut apparet ex his versibus Euripidis:

ἔτι γὰρ πρῶτον τῆς

κἀμίσιν, αὐτὸς φασὶν ὅτι οὐδὲν ἔτι.

Ego quod annus optimum produxerit,

Ponit

Poeni immolare Lucifera certè Dea.

Sic cum ab Oëneo neglecta fuisset, qui primitias Diis cæteris agrestibus obtulerat, illa aprum Calydonium eximie magnitudinis excitauit ob indignationem, qui vniuersum agrum Oënei infestaret, quod expressit Ouidius in libro octauo metamorphoseon:

*Huius opem Calydon, quamuis Meleagron haberet,
Solicitata supplex petiit prece, causa petendi
Sua erat infesta famulus, Sindexque Diana.
Oënea namque ferunt plenis successibus anni
Primitias frugum Cereri, sua Vina Lyao,
Palladios flaua laticæ libasse Minerva.
Capens ab agricolis superis peruenit ad omnes
Ambitosus honor: solas sine thure velillas
Præteritas cessasse ferunt Latoides aras*

Fuit consuetudo ut candida cerua Dianæ mactarentur, quæ sibi grata victima credita est, quod eam pro Iphigenia substituerint, quare inquit Ouidius:

*Candida qua semel est pro Virgine caesa Diana,
Nunc quoque pro nulla Virgine cerna cadit.*

Mos fuit apud Plateenses antequam nuptias celebrarent Dianam cognomento Eucliam placare sacrificiis, quod cum esset virgo, putaretur habere odio matrimonia, de qua consuetudine meminit Plutarchus in Aristide. Habuit celeberrimum omnium templorum & augustissimum Ephesium, quod totius Asiæ studio ducentis & viginti annis architecto Chersiphrone fuerat ædificatum, cuius erat longitudo pedum quadringentorum & quinque ac viginti, latitudo ducentorum & viginti, in quo fuerant centum & viginti septem columnæ à totidem Regibus erectæ admirabilis longitudinis ac pulchritudinis: nam ad sexaginta pedum mensuram atcedebant, quarum triginta sex fuerunt incredibili artificio & magnificè cælatæ, cum aptis tanto artificio columnarum epistyliis. Aderant & picturæ mirificæ, & pulcherrimæ statuæ magnificentie eius templi conuenientes, quæ omnia ab Herosttrato viro Ephesio incensæ fuerunt, ut hac ratione, cum ingenii præstantia non posset, sibi perpetuitatē nominis compararet. Illud autem incendium accidit circiter Idus Sextilis, quo die natus est Alexander Macedo cognomento

Magnus, ut ait Plutarchus in eius vita. Ne potiretur autem Herostratus re per tantum scelus optata, sanxerunt Ephesi propositis gravissimis supplicis ne quis in posterum Herostratum nominaret. Atque huius magnificentissimi templi sublimitatem & mirabilitatem præclare expressit poeta in illo epigrammate, quod etiam ipsum templum Partheneonem vocavit, siue virginum thalamum:

τίς πᾶν ἄν' οὐλύμπου μετὰ γαλακτοῖσιν
 ὃν πάρος εὐπαίσιον ἱερὸν αἶψα δόμοι;
 ἵς πόλεν ἄνδρες λαοὶ θεῶν βασιλῆαν ἴδοντες,
 ταῖς δ' ἐρί γὰ μύσσεισι πύθωνος ἄφασιν;
 ἦ βᾶ σὺ φιλαμένη τίς νεκτὸν μῆρ' οὐλύμπου
 τὰν τρεφόν, ἵστασθαι τὸν σὸν ἴδου θάλαμον;
*Quis tulit è caelo sublimem partheneonem,
 Qui fuerat superis cognitum ante Deis?
 Mania tibi Androcti, Imperiumque existit Ionum,
 In clarum Musis militæque Ephesum?
 An quia grata magis caelo tibi terra sit alterix,
 Diana hic thalamum percipis esse tuum?*

Scriptum reliquit Strabo in libro decimo quarto quod cum illud templum, quod affabre & multo artificio à Chersiphrone extinctum fuerat, conflagrasset, aliud Ephesi non minus magnificum construxerunt resectis prioribus columnis, detractis mulieribus aureis ornamentis, multisque opibus & publice & priuatim vindique in unum collatis. Hanc inuocare consueverunt cum fierent sacrificia veneficæ, ut est in libro Epodion apud Horatium, in his:

O rebus meis

Non infideles arbitra

Nox, & Diana, quæ silentium regis,

Arcana cum sunt sacra.

Multa cognomina sortita est Diana, à locis in quibus culta est, ab iis qui templa dicarunt, ab eventu rerum, sicut de Diis ceteris dictum est. Ut Tauropola siue Taurica, Persica, Minthia, Pergæa, Ephesia, Epione, Forensis, Orthosia, Istria, Hegemache, Ilora, Limnæa, Lycea, Lucifera, Patroa, Pheræa, Propylæa, Leucophryne, Orthia, Siadela, Sospita, Saronis, Salaminia, Hegemona, Hemeretia, Callista, Cnacalyfia, Agrotetera, Elaphiza, Condyleatis, Alpheia, Hymnia, Agrestis, Pyronia, Laphria,

phria, Euclea, Stympalia, Triclaria, Sciaditis, Philomirax, Chryselacate, Sacrificula, Cordace, Lycoatis, Lymnea, Iaculatrix, Venatrix. Rursus illius varia usurparunt nomina variae nationes: nam Cretenses Dictynnam, Thraces Vpim, Arcades Orthosiam, parturientes Lucinam tantum vocarunt.

¶ Atque tot de Diana dicta sufficiant, nunc sensa horum explicemus. Latonæ & Iouis filia putatur Diana, ac Phœbi soror. Quid ita? quia Latona, quam Plato in Cratylo à mansuetudine nominatam dicit, potest etiam à *Λατὴν*, quod latere significat, deduci, quia è tenebris Apollo & Diana nati sunt, è confusa scilicet rerum natura. Horum pater fuit Iupiter qui ex illa materia euocauit: Deus scilicet omnium parens & moderator, ut diximus. Alij ad mores hoc referentes, Latonam iniuriarum oblivionem putarunt, ut sensit idem Plato. Alij quoniam illi, quibus est Lunæ temperamentum, sunt obliuiosi, quibus humidum est cerebrum scilicet magnopere. Hanc virginem dixerunt, quod Venetis vsus plurimum obsit huiusmodi hominibus, cum illorum natura venationibus, aliisque exercitationibus naturalem calorem adiuuantibus maximè conseruetur ac vigeat. Alij Dionysi & Cereris filiam putarunt, alij Cœi & Phœbes: cum tamen omnes ad Lunæ naturam respicerent, scirentque Dionysum ac Cœum Titanem Solem esse: Ceterem nunc terram vocari, nunc crassiora corpora, cuiusmodi Lunæ corpus apparet. Atque cum Luna lumine luceat alieno, iure Solis & crassioris materiæ filia esse dicitur. Dicta est viarum & montium esse custos, quoniam viatoribus & venantibus lumen præbeat per noctem, quare etiam Lucifera vocata est. Hæc eadem confert parturientibus, quia ob humoris copiam facilius partus oriuntur, & cum maximè viget, in plenilunio scilicet facilius. Inde sagittas etiam illi tribuerunt antiqui ob dolorum grauitatem. Et quoniam humectandis rebus accommodata est eius natura, neque vlla pestilentia sine huiusmodi copia exoriri potest, hanc iure pestilentie autorem dixit esse Calimachus: cui pinus merito dicatur, quia Lunæ temperamentum illa arbor obtineat. Illius velocitatem admirati antiqui alatam esse sinxerunt, & in curru à ceruibus candidis velocissimis trahi, quia color albus Lunæ præcipuè tribuitur: qua de causa argentum inter metalla est illi consecratum. At dicatur iam de campis Elysijs.